AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh.
Seite 153r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Alius in utraq; et alius atq;
alius. Alibi atq; alibi. Vt
enim cos quecq; res maxi-
me delectant. ita mea con-
stituerunt beatam uitam.
Quomodo igitur feruentis-
sime amant omnes. quod nõ
omnes sciunt? Quis potest
amare quod nesciat? Sicut
iam de hac re in libris su-
perioribus disputaui. Cur
ergo beatitudo amatur
ab omnibus. nec tamen scitur
ab omnibus. An forte sciunt
omnes ipsa quæ sit. sed nõ
omnes sciunt ubi sit. Et
inde contentio est. Quasi
uero de aliquo mundi
huius agatur loco. ubi
debeat quisq; uelle ui-
uere. Ac non quæritur
ubi sit beatitudo. Sicut
quæritur quæ sit. nã utiq;
si in corporis uoluptate
est. Ille beatus est q fruitur
corporis uoluptate. si
in uirtute animi. ille q
hac fruitur. si utroq; illi
qui fruuntur utraq;. Itaq;
alius dicat. Beate uiuere
est. uoluptate corporis
frui. Alius autem beate ui-
uere est. uirtute animi
frui. Nonne ut ambo ne-
sciunt quæ sit beata uita.
aut ambo non sciunt.;
Quomodo ergo ambo
amant eam. si nemo potest
amare quod nesciat? An
forte falsum est quod p
uerissimo quæ posuimus
beate uiuere est omnes hoc
uelle. Si enim beate uiuere
est uerbi gratia. secundum animi
uirtutem uiuere. Quomodo
beate uiuere uult. q hoc
non uult? Nonne uerius
dixerimus homo iste
non uult beate uiuere.
quia non uult secundum
uirtutem animi uiuere.
quod solum est beate ui-
uere. Non igitur omnes
beate uiuere uolunt.
immo paucihoc uolunt.
Si non est beate uiuere. in
secundum uirtutem animi ui-
uere. quod multi nolunt.
Ita ne falsum est. ut in nec
ipse cum academicis.
omnia dubia sint academi-
ci cum cicero dubitaunt.
Qui cum uellet in hor-
tensio dialogo ab aliqua
re certa de qua nullus
ambiget sumere sue dis-